

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glauchensi

Carmina gratulatoria

VIRO CLARISSIMO ET
CONSULTISSIMO

DN.M. CHRISTOPHORO

NEANDRO, PHILOSOPHIÆ

moralis Professori Pub. solertissimo

Cum

ANNO PRIMO ILLUSTRIS ACADEMIÆ

Frankofurtanæ seculari ipso die

D. GEORGIO sacro

DEO OPT. MAX. VOLENTE

Communi suffragatorum voce approbante
Universo literatorum cætu applaudente

MAGNIFICUS RECTOR

secundùm declararetur.

*Observantia & gratitudinis ergo
scripta*

TYPIS FRIDERICI HARTMANNI
exscripta.

ANN

1666





M A G N I F I C O

Anni Secularis

Acad. Francofurt: primo

R E C T O R I



*N*uenias, qui se populog³ urbiq³ praesse
 Posse putet, vulgi sit licet ille comes;
Nec gerat intinctam Cyrrhaeo nectare mentē,
 Ne dicam, quod sit Juris in arte rudis.
Quàm malè; si libeat divinū audire Platonē,
 Siq³ Stagiritæ dogmata dia. legas:
Tunc etenim egregie Respublica nostra vigebit,
 Philosophi quando Sceptra verenda gerent:
His si quando Deus rerum permittit habenas,
 Imperiūq³ decus, Aurea secla virent:
Assurgit Virtus: terras Themis alma revisit:
 Pax floret: Musa cum Pietate vident.
Quàm magis iccirco jam nostra Academia plaudit,
 Quod tot quot tantos nutriat Illa viros,
Qui cum laude queunt moderari sceptrā Lycēi
 Sancita à Magnis Principibusq³ viris:
Inter quos præsto est Vir Magnus in arte NEANDER,
 Quem jam Rectorem plebs studiosa colit:
Philosophus clarus, Præstans Orator, acutus
 Scrutator rerum: Jure in utroq³ potens.
Huic omnes meritò gratamur, quando Secundi
 Secli Magnificus sceptrā regenda capit.

Primus

Primus erat Rector nostri VVimpina Lycæi,
Impia Pontificum dogmata vera docens :
Alterius seclis Primus vir Clare NEANDER,
Rector ; Pontificum dogmata falsa notans ;
Non tamen Imperio , nec fors an flumine lingua
Inferior ; sed vir religione novus,
Quodq; novus, nobis est gratius : immò precamur
Nos in ea ut servet religione DEUS.
Rectori nostro sanam sub corpore sano
Concedat mentem, Consiliumq; juvet ;
Philosopho ut felix Academia Præsides crescat,
Incrementa habeat plurima, Fova dabit.

Præceptori & Promotori suo hono-
rando ut meritò, ita lubens
gratulatur

M. Jeremias Tschonder Vratis-
laviensis Silesius.

MAGNE seu vibras Ciceronis arma,
Magne seu lustras animos juventæ,
Magne seu Phœbes penetras ad orbem
Laudis honore.

En tibi occurrit decus omne Phœbi,
Cynthius primus, sequitur caterva
Sacra Mularum, juvenumq; cætus,
Docta q; turba.

Purpura & gemmis varijs & auro
Vestis intexto nitidè relucet,
Flore de verno viridis corolla
Tempora cingit.

Iubilat cætus viridis juventæ,
Barbito pallant cytharam sorores

Et sonat longè Viadrus feritq;
Sidera clamor.

At chorum ducens redimitus auro
Phœbus insignis numeris lyraq;
Exhibet sceptrum tibi, datq; voces
Pectore ab imo;

Magne seu magno genio coruscas,
Magne seu magnos superas docendo,
Magne seu te laus merito supremis
Inserit astris,

Hoc potens sceptrum cape: Namq; solus
Dignus hac sacri gravitate sceptri
Tempore hoc sacro merito videris
Lætitiâq;

Tum sacer cætus sonitu suâvi
Comprobans voces sua; solvit ora
Gaudio exultans referensq; tales
Pectore voces:

Palladis clarus sapientis arces,
Clarus & felix rege. Tu facesse
Dira quam luctus comitatur ingens
Dira Megæra.

Petrus VVierzbieta Biskupski Eq. Polonus.

AD EUNDEM

IDEM.



Ἐν δαπέδῳ γε καθήμεναι ἠγορόωντο,
Κούραι ἠδυεπεῖς αἰγιόχοιο Διός.
Δαινύμεναι βρῶσιν τε πόσιν τε Θεῶν θεόσεπτον
Εἶδαθ' θεασεῖσιν ἀμβροτον ἀμβροσίης.

Τηλό-

Τηλόθι δ' ὁδμή Μισάων ἀνά γαῖναν ὁδάδῃ
 Λάμψε μὲν εὐπλόκαμῳ πάντα θεοῖο Φάου.
 Καὶ τότε Παλλάσ' Αθηναίη μετ' εἶπεν ἀπάσης.
 Μελίωσθ' ἄλλας αἰμυλίοισι λόγοισι
 ὧς ἂν καὶ πρὶν μεγάλην καὶ κῦδῳ ἄριστο,
 Νῦν Ακαδημίασ' σκῆπτρα Νέανδρῳ ἔχη.
 Ἄξιῳ οὐ κλέῳ ἄσβεστον μέγαν ἴκοι Ὀλυμπον,
 Καὶ πιάσθ' κ' ἔγην πᾶσαν ἀειρόμενῳ.
 Τούτῃσ' Ολυμπιάδῃσ' ῥά ἐνὶ σήθεσιν ἔβαλλον
 Πᾶσαι, παλαιοῖσι σφῆσι πολυφροσύναις.
 Ορθῶσ' μὲν Φιλοκυδέῳ ἤθησ' ἀνθῳ ἰθυνεῖ
 Γλῶσσαν ἔχων ἀγαθὴν Νέστορῳ ἰσοθέει.
 ὧς φάτο. Γαῖσι δ' ἄθυμόν ἐνὶ σήθεσιν ὄρινε,
 Καὶ φώνων πᾶσαι διοχρῆς πέλειαι.
 ἔειλετο δ' ἄσκηπτον χροσοῦν κλυτόδοξῳ Ἀπόλλων
 Ἡδ' οἱ ἔδωκε, καὶ ὡς μιν προσέφη λέγων.
 Νόσφι μεριμνάον εὖ πράττει, δαίμονι δ' ἔσθλω.
 Σκῆπτρ' Ακαδημίας ἔειλε, χαῖρε, βίε,
 Τόσσα ἐτῶν ὅσα φύλλα κ' ἀνθεα γίνεσθαι ὄρη.
 Ἐγὺς μοῖρ' ἀγαθῇ, Τηλόθι μοῖρα κακῇ.
 ὧς ἔφαθ'. αἰ' τότε Ολυμπιάδῃσ' χαίρεσθαι ἔβαλλον
 Ποίης παντοίης ἀνθεα πορφύρεα.
 Ἰσσωπόν τε θυμόν, καὶ ἀμάρακον, ὄλιβανωτόν,
 Νάρκισσον ἢ ἡδύν, καὶ κρένον δρυφύρον.

S I quando tempus, fortè superstitè,
 Vitâ, danacem promptam Acherontij,
 Scalare iusit, dona plenis
 Templâ Diiq; volis reportant.
 Quæ digna nostris sacra Penatibus
 Tutillæ & ipsi ritè parabimus

Ac

Ac ferta queis nam complicata
 Floribus usq; suavibus sus-
 --Pendemus augusto in Charitum tholo,
 Cum post perennes ambiguae vices
 Fortunæ, & omnes plebitatis,
 Quas holophanta, rudis, minisci
 Potest, cavillas, bellaq; civica,
 Desertiones postq; aliquas, famis
 Post tristes & contagionum
 Noxia, Guttaliis Camœnis
 Salvis & auctis partibus omnibus
 [Immanè quantum!] Cynthius aureus
 ANNI adimplevit *SECULARIS*
 Sidere prosperiore circum?
 Hoc ipsa Clio prodigium stupet;
 Et seculi delusa dolo novi
 Centesimum Phœbi recursum
 Vi caruisse sua futuris
 Fastis notabit, qui prius omnibus
 Natis Selinæ sub tacitæ orbita
 Rebus lacesivit propinquam,
 Non remorante DEO, ruinam.
AUDACIS Ô vir *CONSILII* & manus
VVIMPINA cepto risit Agonius
 Tuo benignus, dum securi
 Fascibus atq; tuis tenorem
 In plurimos longa serie ratum
 Adscripsit. O si nunc quoq; numine
 Ipfus secundo nos secundum
 Prosperitate novi sub ævum

Beet

Beet Regentis ! Muneris ast id est
Sororibus Tentis solito modo
Et jam tributum. Macerat dum
Sollicitam Aoniæ catervam
Domus futuri nescia Præfulis
Sors, petito fama Oedipus advolat
Rumore, multis candidatis
Concilij gravis ad tribunal
Visis, *NEANDRUM* Numinis Enthei
Non nutu in obscuro, ordinis & statum
Poscente voto, calculorum &
Unanimùm locuplete puncto
JANUM creatum. Pol Charitum probè
Virtute factum est; plurimus ut gradus
Honor supremi Te maneret
Qui rediviva *HOMINIS DEI*q;
GESTAS subactis membra humeris, novum
Et seculum fausto omine *VIR NOVE*
Nunc inchoares. Sic decòri
Utilis explicuisse momen
DEAS probatum est; Eusebiæ sacris
Quando verendo substituiffe jam
Iuvit priori, consfororis
In studiis Themidos secundum
Clarissimum: post Pæonis inclutas
Cultum per artes fortè sequens sibi
Deposcet ævum. Sed recusat
Curta Thalia tuas, *NEANDER,*
Mactare laudes; neu faculis diem
Adjutet ortum, neu comites equis

Tita-

Titaniis obscuret illas
Ingenij tenuando culpâ.
Hoc dico; Phœbus cum socijs suis
Musis Novenis, & melior Dice
Ac docta Peitho, Gratiarum
Atq; trias, Superumq; turba
Omnis migravit munere cum suo
Rectorem in istum. Prodigâ virium
O Numina! unius tot amplis
Ingenium cumulare donis!
Sat ergo causæ est, Najades Oderæ
Iunctæq; Musæ quod gravioribus
Curis repostis lætiores
Nunc animos laticesq; sumunt:
An fractuosis sub specubus simul
Ductare visæ sunt, Clarij patris
Ludente concinnâ canores
Chromaticos cytharâ, choréas.
Omnesq; alumnos Pegasij juvat
Hujus floris lætitiæ modis
Vel mille bacchari, inquietas
Harmonicas faciendo chordas.
Atq; en! quàm amictæ Dædalium in modum
Telluris omnes pelliciat parem
Ad gaudiorum suavitatem,
Delicio, Zephyræa, blando!
Lætetur ergo, [temporibus decent
Nam læta lætis, tristia tristibus]
Plenisq; juxtim gratulemur
Faucibus, & crebriore plausu
Magno

Magno NEANDRO MAGNIFICO NOVO,
Votis precantes insimul omnibus;
 Vt SECULI PRINCEPS SECUNDI
 Sceptra secunda gerat, potentis
Atæq; clades longius in suos
Propellat hostes, prosperioreq;
 Aura Camænum fluctuantem
 Ut Palinurus agat faselum.
Cruente Mars, Musis inimicior
Semper quietis, ausa recentia
 Tui maligni in nos furoris
 Terminus omnimodus malorum
Fac singulorum sint; procul & dein,
Ab hac faceffas sede, remotior
 Contra sed Irine propinquet.
 Mentis ego indicium fidelis
Indigniori carmine jam dedi:
Tu perge verò post studiis meis
 Favere semper, ô Lycæi
 Laus columenq; trabale nostri,
 Faciebat lubens meritissimog,
 Balthasar Zanius Glogoviens. SIL.

NOSTRI Musæo stillantem melle NEANDRUM?
 RECTOREM agnoscunt altera secla Virum,
Et primum: largo quà cultæ flumine publi
 Odera Pierias sacra propinat aquas.
Inde suas alacri strepitu Themis explicat alas,
 Evibrant Clariæ jubila mille Deæ.
Tristis at invisas ponens Injuria cristas
 Barbarie tentat concomitante fugam.

B

Grata

Grata adeunt, Infesta abeunt. Quid plura re-
quiris?

Fallor an hoc redeunt AUREA SECLA DUCE?

Matthens Beck Uras-
tisl. Sil.

Οὔποτε κεύθονται τέχναι, μαευτεῖαι, ἔδῃ
Κεύθονται κλισίης δῶρα, βίοιο, ἔης.
Πιερίδων, τῆς καλλιόπης δὴ ἀμφιβόητον,
Τίμια κεύθονται δῶρα σὰ μηδὲ, κλέϑ.
ἦν καὶ ἐνθυμῶσι νόσ. κρυπτῆς ἱνὲς ὄρφνη
κεύθειν τῶ μίσθῳ, ἀλλάγε πάντ' ἀκυρῶ.
ὕψιμέδων δηλοῖ σκηπτῆρ' ταῦτα, δίδωσι
οἰκονομεῖν κε ΤΕΪΝ δώματα Πιερίδων,
ἠδ' ἀρχῆν ἰστων. εἰς τοῖο ἔτῳς μεγάλοιο
πρωτῶ νῦν ἀρχῶν, χερσὶ τὰ σκηπτῆρα ἔχῃς.
ἐν μυστῶν σκηπῆς πολεμιζόντεσιν ἀγῆνωρ.
θυμὸς ἔη, εὐχὰς ἠδὲ λέγωσι ΤΕΪΝ;
ἀλλὰ Πάτερ, βροτῶ ἐς ἀδινόςτ', ἀρχοντὶ πάρισι.
νῦνι νέω, καλὸν ἰσδῆ βίῃ δίδοθι.

Fautori suo amicè colendo scrib.

Georgius Octho Neustad. SiL.

ENego postremos inter nova iubila cantem
Clare Vir, Aonij lausq, decusq, chori.
Cum tibi doctorum veteri de more coactō
Concilio, praeses quod regit ipse DEUS
Consilio superum, celebris gravitate Senatus
Palladij ad Viadrum sceptrā gerenda ferat?

Longe

*Longè aliud de me merita est probitasq; fidesq;
Sat benè sat longo tempore nota mihi,
Quam de te ut taceat, tuaq; in me facta silendo
Musa mea ut sicco nunc pede pratereat.
Qua recte ut possit studijs incumbere cœptis,
Et sub tutelâ salva manere tuâ:
Ocyus exoptat multam tibi lata salutem
Æternum implorans supplice corde fovam.
Ut tecum imperij tantas moderetur habenas,
Atq; tuis superam viribus addat opem:
Ne validâ pressus succumbas mole negoci
Cervici imposuit quam D E U S ipse tua.
Agmina enim regere in regno diversa Minervæ
Est ut honoris opus, sicq; laboris erit.
Ergo novos animo lato tibi grator honores,
Utq; laboris onus fata precor relevent,
Teq; novum nostrum Rectorem Rector Olympi
Sancta suo flatu corda regente regat.
Vive diu felix magne ô virtute NEANDER,
Eveniant vita prospera quaq; tua.*

Paulus Schlüsselbergerus
Mariæburg. Boruf.

Rumpere Livor edax, animū mœrore fatiga,
Titillent mentem gaudia nulla tuam;
Ogganni, latra, dentes ostende, retarda
Fata, move cunctos impediens lapides.
Summa scholæ MAGNO creduntur sceptrâ NEAN-
DRO,
Cui datus Aoniæ plenior haustus aquæ.

B 2

Hinc

Hinc læto Cœlos impleſſe videntur ovatu
Caſtalides, & amant qui benè Caſtalides.
Adplaudens Phœbus ſalientes purpurat undas,
Exſilit & radijs purior empyreis.
Crispantes ludit dulcis Philomela ſonores,
Fragrantes Chloris faſcibus addit opes.
ALTERA ATHENÆI lætantur SÆCULA, tali
AUSPICE iter celeri pergere more novum.
Et meritò. Pietas ſi præficienda, Themisve,
Aut Muſæ; TALIS præficiendus erat.
Ah gemat & læto nunquam ſit pectore dignus,
Hoc qui Naucloero plaudere nolit ovans.
Subtrahet haut noſtram, torta vertigine fluctus,
Cymbam, nec turpis flumina hiatus aget.
Non volvet laſſos artus Ponti ira: marinæ
Oſſa ſuper ſtabunt pallida nuſpiam aves.
Sed Zephyri blandâ ſemper recreabimur aurâ
Monſtrabunt Helenæ frater uterq; viam.
Tu modo Summe fave; Reſtori & ſplendida Re-
ſtor

Offerre auxiliij dilige ſigna tui.

Honoris & amoris ergo ſcbb.

*Carolus Weinrichius
Uraſis L.*

M*irabar nuper noſtras in Apolline Muſas,
Conſtituendo, animos ſic lacerare ſuos.
Sed celebraturas memini Solennia feſta
Sub Magno & Claro quæ celebranda Duce,*
Hinc

*Hinc hinc de tali dicendo Praside cura
Una ipsis, sensus non tamen unus erat;
Ad trinas donec, sine, qua, livore, favore
Rectorem vellent, res bene missa fuit.
Qua tres; quibus (mirum) mens unica sensus & unus;
Una ajunt Rector voce Neander erit.
Euge tibi grator Mecænas magne Neander
Hoc tu Magnifico dignus honore Vir es:
Magnificat clarat Pietatis Te tuus ardor,
Magnificat clarat mens tua docta probè.
Magnificat clarat dans suaves Suada loquelas
Magnificat clarat Candor & integritas.
Livor abi clamans famam nescire Neandrum;
Ecce prius notus quam mihi visus erat.
Marchiacos nescit Doctores, nescit Athenas
Qui nescit dignum laude Neandri animum.
Gaude de tanto Rectore Academia, & opta
Justitia & Pietas hoc Duce quò vigeant.
debita observantia ergò aggratulabar
Tobias Simonis.*

*QUALIS rotundi mœnia dædala
Mundi tenebris nigricomantibus
Nox spissior passim colorat,
Hesperium repetente Phæbo
Equis anhelis præproperè torum;
Sed belluati quum tremulos poli
Argenteo collustrat igneis
Rorifluæ rota Noctilucæ
Clarore,*

Clarore, furvas astrifero peplo
Subducit alas, predominantibus
Trajecta stricturis, opacas
More suo nebulas perosis:
Tale heic videre est sidere purimo
SÆCLUM SECUNDUM fulgere, scilicet
Demortuo jamjam priori:
Ve faculas radiantiores
AUCTORITATIS, Palladis artibus
Morumq; partæ floribus integris,
Accendit exortum NEANDRE
Dulce jubar; cui grandiora
Nostræ Lycæi rite capessere
Guberna PRIMO puncta TRIUMVIRUM
Iussere concordantia. Omnes
Publica priuæq; queis tagit cor
SALUS, evate hoc Principe, qui merâ
Librûm satullat ambrosia jecur,
Nobisq; eandem flexicordia
Eloquij cyathis propinat.
Vnam velhoram vivere ne mihi
Siet, tuâ ni sponte fateberis,
Præsentiore corde nullum
Atq; animo vigilaciori
Illustrioris cymbam Academiæ
Rexisse. Noctu scilicet & die
Amabilem indefessus auram
Arte ciere suâ minatur,
Sevasq; Cori, non sine turbine
Spirantis imbres linteaq; uvida
Raptantis, iras attonasse;
Desinat æquor uti tumultus
Ferocientis. Sedis Olympiæ
Augustus arces attingit igneas

Hæc

Hæc dote, & ad mensam Tonantis
Purpureo bibit ore nectar.

Hæc te bicornis furva palatia
Trajane Regis noluerunt suis

Recepse tectis: hac relucet
Carolus, inter us astra gestit

Minora Phæbe. Maeste animo tuo
O magne RECTOR! sidera in ardua

Per arduum contende, ab illis
Vincier indocilis; relinquens

Veloci eosdem tergora post tua
Cursu, suerit seu pedis integer

Equos caballus tardiores
Anrevolare. Viden? Minerva

Favor, tibi se quæ calidâ face
Amicat, ipsam Mercurij velut

Lapis, viam ostendit aperto
Indice, quâ generosiorum

Grasseris ad famam, incluta Curia
Musis discata sceptrâ gerens; uti

Delinquat haut cicum angulosos
Error. At ore quid hæc inepto

Effugiens deperdo? Tibi insita
Virtus honestas perpetuo faces

Inspicat, ut plebeia temens
Murmura, quæq; patres moris

Caliginosa aut nube silentij
Involvier pol nescia: sanguinis

Marisq; succi ut pleniores
Conspicimus, generositatis

In signa, forti pectore & impetu
Infractiori na violentibus

Armis verendas in phalanges
Invahi & absq; tubæ incitatu.

Lucem

Lucem ô beatam : quâ novus additur
RECTOR Lycæo , qua nova gloria
Surgit Viadro , quaq; PRIMUM
ALTERA SÆCLA vident peritum
Nauclerum habenis flectere dædalæ
Sacrum penetral Palladi, cum DEO
BONO. Prius spinæ promuscis
Pungere nesciet, & palatos
Tatrare myrrhæ lacrima, quam sequens
Præsens & AETAS immemor adpetat
Seu dicier si ve esse, festis
Hunc redimire diem corollis.
PERENNITATIS letior annuit
Ocellus: almos GRATIA flosculos
Promittit: effulgens IUVENTAB
Gloria nectare persuavi
Fluentis, addit se comitem. Ipsemet
POLLENTIAM sancti invoco Numinis
Elucus haut desesve, Quartam
Adplicet his, liquido coruscans
Decore SORTEM, prosperam ut omnibus
Porgat manum; ne forsitan invidus
Saturnus adflet pestilentis
Talia nequiter ausa flatu.

Debitæ observantiæ
ergò

Justus Grissius
Turingus.

F I N I S.

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,
Quos te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi sine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locupletem Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminum disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine chara! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674



Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Farbkarte #13

94

mina gratulatoria

CLARISSIMO ET
CONSULTISSIMO

CHRISTOPHORO
RO, PHILOSOPHIAE
Professori Pub. solertissimo

Cum

MO ILLUSTRIS ACADEMIAE
furtanae seculari ipso die
GEORGIO sacro

OPT. MAX. VOLENTE

ffragatorum voce approbante
eratorum cætu applaudente

IFICUS RECTOR
undum declararetur.

*rvantia & gratitudinis ergo
scripta*

RIDERICI HARTMANNI
exscripta.

ANN

cl b CVI.